



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Approbatio Censoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

APPROBATIO CENSORIS.

Non indiget novâ Censurâ Marianum istud Opus Adm. R. P. Petri Antonii Spinelli, è Societate IESV, natalibus, literis, eximiâque morum probitate, atque innocentia clarissimi, utpote quod pridem habet omnium eruditæ Pietatis amantium Approbationem; & jure optimo à Bibliotheca Marianæ Conditor, HIPPOLYTO MARACCIO, Præclarissimum, Plenissimumque appellatur. Nisi tamen me amor, & animus fallit, legetur illud ipsum deinceps libentius, & estimabiturque haud paulò amplius, ob adjunctum Editioni huic postrema, Auctoris breve illud quidem, sed succi solidaque laudis plenum Elogium; unde eximia Viri virtus, & merita clariùs innotescant. Ita scribebam & sentiebam, Colonia Vbiorum, die XX. Martii, Anno Christiano M. DC. LXIII.

FERDINANDVS STROBELIVS, S. T. D.
Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus, Censor
Librorum Ordinarius.

CAN.